Quelle:
Copyright:

5

Sermo de dedicatione templi 40b

Sermo de dedicatione templi, qui incipit: "In Dedicatione igitur materiali." Capite videtur carere, et calce; inscriptionem tamen gestat: hoc est Domini de Glewsf.

6

Sermones varii. 41a – 171b

Sermones de festis Sanctorum, B. V. et Domini, quibus additi sunt dominicales, de quibus dicitur in margine superiori: "Notandum quod simplicibus et primis predicatoribus sufficit presens compendium ab isto folio usqs ad finem libri."

7

Passio D. N. J. Ch. cum expositio. 172a – 182b

Passio Domini N. J. Ch. cum nonnullis notaminibus collateralibus. Quantum ex collatione facta colligere licet, convenit cum opusculo, quod descripsimus supra Cod. CXIV n. 4.

8

Innocentii IV. P. Suma can: poenitent: mutila 183a – 212b

Innocentii IV. Papæ Suma canonum poenitentialium. Initium est: "Cum miserationes Domini sint super omnia opera ejus." Idem omnino opus, sed hic mutilum: finitur enim cap: 89, quod recensuimus Cod. CXV n. 1. ubi ex Lambecio ostendimus, non S. Thomae Aquin. sed Innocentio esse tribuendum. — Adnexi sunt tres Sermones anonymi; primus de dedicatione templi, alter de Annuntiatione B. V. M., tertius de passione Domini.

Sermones tres.